



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 55. Quid addendum circa irregularitatem in Beneficiatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

m. 137.  
temir-  
hibetur  
endum,  
ens esse  
ignore-  
t inva-  
pere vo-  
s & Ca-  
ent con-  
uelle illi  
Titius  
erti Mil-  
publica  
t autem  
sari po-  
ccatis &  
1 Missa  
, & in  
tota in-  
ica , &  
quamvis  
sit no-  
publica  
si pos-  
tenuerit  
sub spe-  
eri offi-  
latreve-  
contraria  
infa-  
odum,  
ejusmo-  
li in tali  
inha-

inhabilitate occulta ex prudenter præsumpta benignitate piæ Matris Ecclesiæ non obligat cum tanto incommodo.

Q. 55. Quid addendum sit circa irregularitatem in 438.

Beneficiatis. Bz. §. 1. Dixi l. 4. n. 780. irregularem non posse promoveri ad ullum Beneficium vel pensionem ecclesiasticam, de qua tamen vide dicta ibidem n. 1149. Quod si irregularitas impedit usum alicujus tantum Ordinis ; dixi, posse talem esse capacem Beneficii, requirentis usum, quem habere possit alterius Ordinis: hinc Sacerdos privatus manu fit irregularis & inhabilis ad functiones Beneficii sacerdotalis, cum ad illas sit ineptus, manet tamen habilis ad functiones Beneficii alterius, cuius munus obire potest, Dicast. d. 7. n. 102.

§. 2. Irregularitas quæ post acceptum Bene- 439.  
ficium incurritur, non privat ipso facto Beneficio aut pensionibus Beneficii, nemo enim ipso facto ante sententiam privat bonis suis vel iuriis actu possessis, nisi id clare exprimant leges & id pluribus firmabo n. 508. unde talis poterit regnare vel permittare Beneficium, cum adhuc habeat titulum & jus, ita cum aliis Dicast. n. 120.  
121. Item poterit retinere fructus Beneficii, si per se vel per alium satisfecit muneri suo, Dicast. n. 124.

§. 3. Si quis habeat Beneficium, cui anne- 440.  
num est v. g. jus eligendi, irregularitas non privat illo jure nec usu ejus, non est enim actus Ordinis, quamvis forte prærequirat Ordinem, v. g. subdiaconatum, Suar. Nav. Castrop. n. 14. Dicast. n. 138.

§. 4. Irregularis ob homicidium voluntaria- 441.  
num & in iustum privari debet Beneficio, uti sta-

Nnn 2

tuit

tuit Trid. sess. 14. c. 7. De reform. non tamen pen-  
sione, quia de hac nulla in Jure fit mentio , Ca-  
strop. n. 12. Dicast. n. 128. 129.

442. Q. 56. An irregularitas semper sit signum, quod quis  
vocatus non sit ad statum ecclesiasticum. R. Antonius  
Godeau Episcopus Graffenensis & Vencensis in di-  
scursu de vocatione ad statum ecclesiasticum  
Artic. 21. docet 1. signum, quod quis à Deo non  
vocetur ad statum ecclesiasticum esse, si aliquam  
habeat irregularitatem , putat enim , hocipli  
quod Deus hanc permittat , sufficienter signifi-  
care , quod nolit à tali statum ecclesiasticum eli-  
gi , cùm ratio dicet non facilè per dispensatio-  
nem recedendum esse à communi & iusta lege.  
2. Conatur ex variis Conciliis probare ista tene-  
re præcipuè de illis , qui milites fuerunt , talibus  
enim liberæ vitæ assuetis putat potius discipli-  
nam religiosam esse necessariam. Hæc univer-  
sim non tenent. Non primum , nam sape peracci-  
dens contingit alicui talis irregularitas , nec à  
Deo intenta est ; qui licet permittat , dedit Ec-  
clesiæ suæ potestatem eam tollendi , etiam in or-  
dine ad suscipiendum statum ecclesiasticum, ut  
probat praxis Ecclesiæ ab initio ad hæc usque  
tempora. Nec secundum , nam scimus multos post  
militiam bene præfuisse Ecclesiis cum S. Martino  
recens exemplum est Innoc. XI. qui sanctissime  
præfuit toti Ecclesiæ. Itaque si quis post mili-  
tiā vel etiam cum quacunque irregularitate  
dispensabili , secundū regulas I. 6. p. 2. à num.  
1915. datas consideratis omnibus judiceret in  
statu ecclesiastico melius servitum Deo & se-  
curius salvandum , non est cur deterreatur ab eo  
statu , vel à petenda dispensatione. Verum qui-  
dem est , quod per discursum suum præcipue in-  
tendit